





DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN A<sup>V</sup>G<sup>R</sup>ALIS  
DE  
**VERISIMILITUDINE**  
CRIMINIS

QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO DVCE AC DOMINO  
DOMINO  
**CAROLO AVGVSTO**  
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE  
ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.  
EX DECRETO ILLVST. IVRISCONSULTORVM ORDINIS  
PRAE<sup>S</sup>IDE  
**CAROLO FRIDERICO WALCHIO**

IVR. DOCT. SERENISSIMI DVCIS VINARIENSIS ATQVE ISENACENSIS CONSILIA-  
RIO IUSTITIAE INTIMO AC SER. DVCIS GOTHANI ATQVE ALTENBURG. CONS-  
LARIO AVL. COD. ET NOV. PROF. PUBLICO ORD. CVRIA E PROVINC. DVC.  
COMMVNIS ADSESSORE AC SCABINOR. COLLEGII ET IVRISCONS.  
ORDINIS SENIORE

PRO IVRIVM DOCTORIS DIGNITATE

D. XXVIII. SEPT. ANN. C<sup>I</sup>I<sup>I</sup> C<sup>L</sup>XXV.

PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SUBMITTIT

A V C T O R

**IOANNES IVSTVS SCHERBIUS**  
MOENO - FRANCOFVRTENSIS.

I E N A E  
LITTERIS STRAVSSIANIS.

AERISIMI ITALDINI  
CANTUS

REGULI ACCORDANIA MAGNIFICENTIA

REGULI ACCORDANIA MAGNIFICENTIA

CAROLI AVAGATO

REGULI ACCORDANIA MAGNIFICENTIA

REGULI ACCORDANIA MAGNIFICENTIA

EX PLACITO DEI ET MELITAE ORTUS

EX PLACITO DEI ET MELITAE ORTUS

CHOROLOGIA ACCORDANIA



SACRI ROMANI IMPERII  
LIBERAE ATQVE INCLYTAE REIPUBLICAE  
MOENO - FRANCOFVRTENSIS  
SENATVI SPLENDIDISSIMO  
**VIRIS**  
GENERALIS GLORIA VIRTUTIS ORNAMENTIS MERITORVMQVE  
MAGNITUDINE PRAESTANTISSIMIS  
MAGNIFICIS PERILLVSTIBVS  
GENEROSISSIMIS AC CONSVLTISSIMIS  
**DOMINIS**  
**P R A E T O R I**  
**CONSVLIBVS SCABINIS**  
**SYNDICIS SENATORIBVS**  
ET  
NOVEM EX IISDEM  
AVGVSTISSIMI IMPERATORIS  
CONSILIARIIS ACTVALIBVS  
PATRIAEC PATRIBVS INDVLGEMTISSIMIS  
AC  
MAECENATIBVS  
OMNI HONORIBVS CULTV PROSEQVNENDIS




SACRI ROMANI IMPERII  
H A S  
QVALESCVNQVE INGENII SVI AC STVDIORVM ACADEMICORVM  
PRIMITIAS

IN  
SEMPITERNUM PIETATIS SVAE REVERENTIAEQVE  
MONIMENTVM DEVOTISSIMA MENTE  
CONSECRAT  
S I M V L Q V E  
VOTA PRO STABILI FIRMA INCONCUSSAQVE  
SALUTE SECUNDOQVE EORVM SINE VILLA QEEENSIONE  
CVRSV VITAE FELICISSIMO ARDENTISSIMA

EX  
ANIMI SVI SENTENTIA P  
NUNC VPAT  
ET SE SVASQVE OMNES VITAE RATIONES  
INTEGERRIMA PERPETVA OBSERVANTIAE TESTIFICATIONE  
QVAM STUDIOSSIME COMMENDAT

TANTORVM NOMINVM  
CONSPICIENS ACTA  
PATERAE PATRIBVS INTREPITISSIMIS  
OMSERVANTISSIMVS CVLTOR  
IOANNES IVSTVS SCHERBIUS.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
VERISIMILITUDINE CRIMINIS.

§. I.

**S**VRREXERVNT nostra aetate multi homines deque repub-  
lica eo potissimum nomine bene mereri voluerunt,  
quod consilia caperent de emendandis legibus crimi-  
nalibus haecque in scriptis suis spargerent ac dissemi-  
narent. Succurrendum esse in primis censuerunt iis,  
qui innocentes accusantur, atque inquis iudiciis op-  
primuntur, quumque illud ideo haud raro euenire  
credunt, quod secundum normam, iudicibus adhuc praescriptam, pro-  
cero iam habeatur, quod saltim verum esse videatur, non solum plura  
exempla afflictorum reorum viuis coloribus depinxerunt; sed etiam le-  
gumlatores hortati sunt magnopere, vt cauerent; quo minus turbentur  
fines, qui separant veritatem a verisimilitudine. Vsque eo haud progre-  
dior, vt supervacanea esse putem, quae hanc in rem protulerunt; sed

A

omni

omni potius attentione illa digna arbitror, quum iudex delictum inuestigatur, satis prouidus haud esse potest, vbi satisfacere vult legibus et tamen haud quidquam committere, quod vlo modo innocentiam opprimat, prudentiamque, qua ipsi opus est, imprimis sibi adquirit, si illusterrissimi marchionis DE BECCARIA, a) VOLTAIRI, b) SONNENFELSI, c) aliorumque praecepta perpendit curatus et simul animo ponderat, quod multis iudicibus accidisse alii referunt, d) vbi verum ipsis sit visum, quod saltem fuitur probabile. Extra omnem dubitationem est id positum atque euidens ex maximis plausibus, quibus scripta haec sunt excepta; ego tamen hanc in messem falcem immittere nolo, sed ut quilibet perficiat, legum nostrarum latores eadem iam prouidentia distinguere veritatem aequem ac verisimilitudinem, maximamque iis fieri iniuriam, vbi quisquam sibi persuadere vellet, eos ista superedisse, pro virium saltim ratione disquiram, quatenus verisimilitudinis rationem habere iudices ex illorum praescripto queant, quandoue ipsis in illa haud sit adquiescendum.

## §. II.

DISPUTANTI mihi de verisimilitudine ea haud in mentem venit, quae legum ex sanctione pro veritate ipsa est habenda. Licet extra dubitationem sit positum, veritatem illam *iuridicam*; sive *moralen* ab absoluta omnino discrepare, illamque in eo saltim confistere probabilitatis gradu, qui in litibus decidendis legislatoris ex praescripto pro veritate haberi debat, quemadmodum inter alios recte animaduertunt CHRIST. THOMA-

SIVS

- a) in tractatu *dei delitti e delle pene*, qui, vti satis notum est, saepius lucem adspexit, atque in plures linguis est translatus. Veriones illius recenset V. L. IVL. FRID. MALBLANC in der *Geschichte der peinlichen Gerichtsordnung* K. Karls V. cap. 9. p. 235.
- b) *questions sur l'Encyclopedie part. IX. sous l'article: verite*, p. 50.
- c) *Abhandlung ueber die Abschaffung der Tortur*, Tigur. 1710 C CLXXXV. ac Vindobon. 1710 C CLXXXIII.
- d) *GAXOT DE PITAVAL causes cele-*

*bres et interessantes*, redigées de nouveau par M. RICHER Tom. I, p. 1. sqq. auctor der *Geschichte und Erzählungen*, Band VIII, p. 107. SERUAN dans les *reflexions sur quelques points de nos loix*, à l'occasion d'un evenement important, Genève 1715 LXXXI, illufris Ivs 4. CHRIST. HENNINGS, tractatu: die Arglist in Beispiele geschildert, ein Beleg zu einigen Reflexionen über Folter und Strafen, num. I. XI+ XIII, atque alii.

sivs e) ac EBERH. CHRISTOPH. CANZIVS f). Quum omne id, quod probabile vocamus, suam quidem habet rationem; nondum tamen omni ex parte sufficientem, etiam hic probabilitatis gradus eamdem haber naturam. Potest itaque veritati non minus aduersari quumque solo ex legislatoris arbitrio dependet, cuinam probabilitatis gradui vim veritatis tribuere velit, inter eos, qui leges condunt, talis obtinere potest discrepancia, vt si, in vna cuidam verisimilitudini eiusmodi virtus tribuatur, illa eidem in altera denegetur; verumtamen eam verisimilitudinem, quae leges pro veritate agnoscunt, quatenus scilicet id fiat, inter verisimilitudines amplius referre haud possumus, et licet ingenue fateti nos oporteat, falsum quoque esse posse, quod duo testes omni exceptione maiores adfirmant; illud tamen certum esse, merito statuendum, quum leges id invent. g) Neque eius adhuc gradus admittimus; vbi autem non adest veritas seu certitudo iuridica; nihilominus plures adiunt rationes pro veritate; quam pro falsitate, locum habet verisimilitudo; seu complexus argumentorum, ex quibus magis rei veritas eluet; quam falsitas, quumque ea haud vnius sunt eiusdem que roboris; sed alterum altero grauius existit, semper gradus cogitari possunt verisimilitudinis; neque prius obtinet summa verisimilitudo; quam si ea adest, quae proxime accedit veritati.

## A 2

## §. III.

e) diff. de fide iuridica, cap. ii. tom. II. dissertationum academicarum p. 380.

f) tract. de probabilitate iuridica; sive de præsumptione cap. I. §. 16. fqz.  
g) C. C. C. art. LXVI. et LXIX.  
Quum posterior articulus ita formatus est: Jo der Beklagt nach genug-  
samer Beweisung noch nichts bekennen  
wollt, soll ihm angezeigt werden,  
daß er der Miserbarkeit bewiesen sey,  
ob man dadurch sein Bekanntschaft de-  
ster er auch erlangen konnte, ob er  
aber dennoch darüber nochmals nicht  
bekennen wollt, das er doch, als ob-  
stebet, genugfam bewiesen were, so  
soll er nichts desbezüglicher der be-  
weisten Miserbarkeit nach obn einige

peinliche Frag verurtheilt werden:  
discessit quidem legislator ab ordi-  
natione BAMBERGENSI, licet ea,  
vti satis notum est, inter primarios  
CAROLINAE legis fontes locum sibi  
vindicit, quum qui BAMBERGEN-  
SEM compilauit SCHWARZENBER-  
GIVS, reum criminis coniunctum,  
prius quam ad supplicium trahatur,  
tormentis subiiciendum esse statuit,  
art. LXXX. Concludere quisquam  
ex eo forsan posset, haud pro certo  
habere summum hunc virum, quod  
rite sit probatum; sed neutquam.  
Vbi id ipsi placuisse, haud potu-  
set imperare executionem poenae  
post torturam, vti claris verbis il-  
lud ab ipso est factum.



QVEMADMODVM verisimilitudinis vocabulum haud occurrit in legibus Romanis, ad crimina speculantibus; gg) neque in iuribus patriis vocabulum *Wahrſcheinlichkeit* deprehenditur; ita quoque in his parum versatum esse eum oportet, qui satis tritam illam formulam, in iudicis veruslis Germanorum visitatam, mit blinkenden Schein und gichtigem Munde, id, quod est verisimile, respicere puret. Si paulo curiosius rem inuestigamus atque inquirimus, quid sibi velint maiores nostri, quum ista vterentur formula, inuenimus, illos evidenter facti vocasse den blickenden Schein atque hoc modo dicendi formulam adhibuisse scabios Colonenses in diplomate anni 1000CLXXV. a Io. CHRISTIAN LÜNING h) vulgato, verbis: *Vort unsers Herrn von Colne — — Greue, dat is sein Richtere, mag binnen Colne den Angriff doin buyssen die Scheffen, da er der frischen Dait off an den blickenden Schyn kompt; cum iis autem belle conuenire SVSATENSES i)* quum rem furtiuam, qua conuinci possit furti reus, *den blyckenden Schyn* dicunt hancque in rem haec sanciunt: *Welik Royuer este Deyf vor Gerichte weyrt ghebracht mit blickendeme Schine des blickenden Schyns ist des Richters dey derde Deyf.* Quum quondam hanc notionem vocabulum: *der Schein sustineret, in litteris seculi decimi ac tertii Henrici, aduocati Plauensis, apud Io. BVRC. MENCKENIVM k)* evidentiam facti vocabant die Scheinthat: *so falls sein Herr gelten, als es seine Nachgebauer gutdinket und nach der Scheinthat und falls zu tagen zahlen ac delictum manifestum, cuius vestigia in oculos caderet, nomine einer Scheinbahnen That designabatur.* Veteri illi poetae germanico, cuius familiaritatem cum priscis moribus patriis inprimis ostendit V. C. IO. CAR. HENR. DREYERVS l) id haud ignotum fuit, quippe canit: m)

Hir sint vele Klaegers und schinbahre Dact  
Dat alles will juue wesen quat.

Legitur

- |   |   |
|---|---|
| gg) Similitudinis vocabulum occurrit pro verisimilitudine in L. 7. cod. | libus Sufatibus, part. III. p. 149.                 |
| Ibeod. quorum adpellat. non recip.                                      | k) scriptor. rer. Germanicarum 1000.                |
| b) spicilegio ecclesiastico part. I. fort-                              | III. p. 657.  |
| setzung. p. 513.  | l) in den Nebenstunden p. I. fqq.                   |
| p) art. XXXIII. in THEOD. GEORG. GYL.                                   | m) Reinecke Fuchs libri. I. cap. 19.<br>v. 20. fqq. |
| EMINGHAVSII memorabi-   |   |

Legitur non minus loquendi haec formula in veteri iure HAMBVRGENSI n)  
 quod venerandus praeses in lucem edidit: *Eyn deß de myth der duffte  
 begrepen ys, gheuangen un ghelunden vor gherichte kumpt myth der schinba-  
 ren daet ac iure RIGENSI o) de ock doden vor gerichte bringet, unde klaget  
 vor Gerichte dat unrecht, so em gedan, de schall ydt klagen mit gerüchte,  
 dorchi de handhaftige dadt, de schynbar ys vor en unde apenbar.* Accedunt  
 his leges Gerhardi et Nicolai, comitum HOLSATIAE de poenis homicidiorum  
 a rurenibus commissorum, anno c1550. vulgatae et a modo exci-  
 tato DREYERO p) in lucem emissae: *were ock dath jement dod gheschla-  
 ghen werde, edder jement gheuenndt worde unde che gheme des iemende de  
 oppe der schinbarne Daet nicht begrepen iornde ac ius SILESIACVM q)* satis  
 antiquum: *vmb deß scheinbar handhaftige That.* Quum in quibusdam  
 horum effatorum duo vocabula: *scheinbar* und *handhaftig* coniunguntur  
 ac per id haud obscure significatur, illa vnum idemque denotare; facile  
 perspicimus, non potuisse facinus, de quo est sermo, illud esse, quod  
 aliqui saltim verosimiliter commisit, si perpendimus, solum illud delictum  
 esse *eine handhaftige That*, in quo quisquam erat deprehensus. Eius rei  
 locupletissimus testis est auctor iuris prouincialis SAXONICI, ECCO DE  
 REPGAV r); his rebus autem ita comparatis, nec statuere possumus, iu-  
 dices illos Westphalicos, de quorum crudelitate omnis fere quereretur  
 Germania, haud adquieuisse in verisimilitudine; vel illam tantum intelle-  
 xisse, quum secundum eorum leges; vel consuetudines scabinum delicti, ipsi  
 ab altero denunciati, prius rationem haud habere vellent; quam si adit *ein blik-  
 kender Schein in handhafter That* s) iureque sententiam, a Io. PHIL. DAT-  
 TIO t) editam ann. c1550, ferrent: daß man im Rechten kheinen

A 3 . Frien-

- n) Hamburgisches Stadtrecht vom I.  
 1497. tit. O. vann pyntlyken Saken  
 art. xvii. tom. vi. der vermis-  
 zten Beyraege zum deutschen Recbt  
 p. 144.
- o) Rigisches Ridderrecht cap. 177. p.  
 131. ed. GERH. OELRICHS.
- p) Sammlung vermischter Abhandlungen  
 tom. II. p. 1011.
- q) Schlesisches Landrecht lib. III. cap.  
 10. dist. I. in den diplomatischen  
 Beyraegen zur Unterfuchung der

- Schlesischen Rechte, part. III. p. 93.  
 r) libr. I. art. XXXV. IO. GOTTL.  
 HEINECCIVS, element. iuris ger-  
 manici, tom. II. libr. III. tie. IX.  
 p. 651. et IO. CAR. HENR. DREYE-  
 RVS, in den Nebenfunden p. 12. sqq.  
 s) Leg. et confuetud. iudicij Westphal.  
 Tremonti, tom. I. corp. iur. Ger-  
 manici HENR. CHRIST. SENCKEN-  
 BERGII part. II. p. III.  
 t) de pace publica, lib. IIII. cap. 131.  
 p. 744.



Frienscheffen une eingher misdat willen an sin lib und Ehre mit gewaltliche  
gripfen off taſten en ſoile, er enwende dan enſt geheſchet, verbot und gewun-  
nen, alſs recht iſt: Er enuerde dan begripfen mit handheftiger dat oder mit  
blychendem ſchyne und gichtigem Munde. Rifu fere digna ſunt, quae con-  
cīt iurisconsulſus magni nominis, CHRIST. THOMASIVS <sup>u)</sup>, quum pri-  
mum ignorare ſe declarat, quid ſit blychender Schein; paullo poſt tamen  
arbitratur, intelligendum eſſe ſub eo gladium vagina vacuum ac clamorem  
ſatis notum designari nomine des gichtigen Mundes. Quum hoc ſine omni  
d. bio confessionem rei denotat: illud, vti ſupra iam monui, euidentiam  
facti ſignificat, inprimis ex reliquiis delicti, apud reum deprehendendis;  
ea autem, quae modo tradidi lucem accendunt loco CAROLINAE vexatissi-  
mo, quo mentio fit der etlichen ſcheinenden Werke. x)

## S. IV.

Etsi vero quoque nomen *veriſimilitudinis*, ipsa a veritate diſtinguen-  
da, incognitum fuſſe videatur conditoribus legum noſtrarum; de re ta-  
men id haud adſfirmare licet; ſed aliis potius verbis eius mentionem fa-  
ciunt ſaepenūmo. Quum me non fugit, ſummaria eſſe legum romana-  
rum adhuc in iurisprudentia criminali auſtoritatē, illarum primum men-  
tionem facio atque animaduerto, in iis vocabulum *ſuſpicionis* adhiberi,  
vbi de veriſimilitudine delicti, a reo commiſſi, eſſet ſermo eumque eius *ſu-  
ſpectum* dici, quem facinus commiſſiſe probabile eſt. VLPIANVS <sup>xx)</sup> ſcri-  
bit claris verbis: *ſed nec de ſuſpicionibus debere aliquem dannari.* D. TRA-  
IANUS *Aſſiduo Seuero reſtriſpit*, et licet plane alio ſenſu ſumere videatur idem  
vocabulum PAVLLVS <sup>y)</sup> in loco ſatis noto: *et ſi ſummatim re expoſita, aſſ  
uſpicionem iudicem adducam, debeam vincere, quemadmodum ex iis adpa-  
ret*, quae de illo proferunt IAC. CVIACIVS <sup>z)</sup> ac TVSSANVS DE LA RVE <sup>a)</sup>  
alia quoque exſtant loca iuriſ civilis, ex quibus clare pater, ſuſpicionem  
delicti addeſſe, vbi delictum commiſſum eſſe, probabile eſt. Ea hoc loco  
adferre,

<sup>u)</sup> diff. de occof. concept. ac intentione  
constitutionis criminal. Carolinæ §.  
XXVII. nos. X. tom. III. diſer-  
ation eius academicar. p. 465.

<sup>x)</sup> art. CLXXXVIII. Mendo laborare  
illarum Carolinae editiones, in quibus  
legimus Ehrlichen ſcheinenden Wer-

ken, extra dubitationem eſt poſitum.  
<sup>xx)</sup> L. 5. D. de poanis.

<sup>y)</sup> L. 40. D. ad L. Aquiliem.

<sup>z)</sup> ad Libr. III. Paull. ad ediſ.

<sup>a)</sup> amoenis iuriſ obſervation dec. XI.  
cap. I. tom. V. theſaur. iuriſ Roman.  
Ev. OTTONIS p. 1505.

adserre, superfluum est; silentio tamen haud praeterire possumus legem b), ex qua abunde constat, Romanos omnino probe perspexisse, quid sit verisimilitudo. Continet duas epistolas diuini Hadriani, quarum altera ad Claudium Quartinum, altera ad Sennium Sabinum data. Benigniore quam fortuna sunt conferuatae, VLPIANVS illas ita exhibet: *Verba Rescripti ita se habent: ad tormenta seruorum ita denun veniri oportet, quum suspectus est reus et aliis argumentis ita probatione admoetur, ut sola confessio seruorum deesse videatur.* Idem diuini Hadriani Claudio Quartino rescriptis, quo rescripto illud expressit, a suspectissimo incipiendo et a quo factissime posse verum scire iudeo crediderit c). Quum cum ad finem quaestioneum admittit imperator, ut veritas eruat; nec prius illa agnoscere potest; quam si probatio sit peracta et huic quoque deesse quid posse, si iudex tormenta adplicare velit, concedit; simul tamen requirit, ut ad sit summa suspicio: immo ea probatio argumentis facta, cui non nisi rei confessio desiceretur videatur, belle profecto fines simul indicantur, qui sunt inter veritatem verique similitudinem. Haud conor statuere, media etate verisimilitudinem criminis legem adparentem seu paribilem esse dictam, et si nomen hoeci omnino aptum esse videatur. Mentio eius sit partim in legibus NORMANNORVM; partim in constitutionibus SICVLIS c) et si IO. PETR. DE LYDEWIG f) conjecturam sequi volumus, omnino illam verisimilitudine absoluji statuere possumus; sed sine dubio haud recordatus est vir summus, NORMANNO legem adparentem opponere *legi probabili* g) istamque eorum ex sanctione consistere in duello; seu *ordalio diuino*, ut iam cum maioribus nostris loquar. Quum ea horum iudiciorum diuinorum fuit virtus, ut lites penitus ad exitum ducerent ideoque eorum ope haud solum exquireretur, quid sit verisimile; sed quid sit verum: NORMANNI mihi quidem videntur.

b) L. I. §. I. D. de quaest.

c) Si conjectura HADR. BOTTEREAU in Hadr. legislatore, ad ann. V. C. CCCXXII restat se haber, hoc anno data sunt memorata rescripta; sed quibus ex argumentis illud concludatur, plane non perspicio.

d) cod. leg. Normannicar. lib. II. cap. 64. tom. VII. reliquiar. manuscriptrorum IO. PETR. de LYDEWIG p. 457.

e) libr. II. nr. XXXI.

f) loc. laud. Plura de hac lege adparente proferunt: CAR. DU FRESNE, *gloss. ad script. med. et inf. latinitat. tom. IV. p. 160.* BVRC. GOTTH. STEVVIVS, *hist. turis, cap. IX. §. 5. p. 730.* et D.P. CARTENIER *glossario nou. tom. II. p. 1041.*

g) Libr. II. leg. Normann cap. 62.



videntur vocabulo *adparens* eamdem tribuere notionem, quam nostrates paullo post germanicis verbis adsignarunt: *scheinbar*, *blickenden Schein*. Misam itaque etiam legem illorum facio; vbi vero ad constitutionem CAROLINAM accedo atque leges, quae paullo ante adparerunt quaeue fere ad verbum descriptae sunt in CAROLINA, constitutiones puto BAMBERGENSEM ac BRANDENBURCICAM, probe ibi veritatem distingui inuenimus a verisimilitudine. Quum vsque eo legum harum auctores progressi sunt, ut gradus quoque probabilitatis maxima cum cautione rationem haberent et quaeam sunt remora quaeue proxima delictorum indicia, curate definirent: profecto iis fines haud ignoti esse poterant inter veritatem verique similitudinem. Vocabant illam in primis *Verdacht*, *Argwohn* et *Argwoehnigkeit*, eumque, quem delictum commisisse, probable erat, *verdaechtig*; vel *argwoehnig*. Ea quidem distinctione, quae obtinet inter ipsam verisimilitudinem; seu suspicionem, atque argumenta; vel indicia, quibus ntititur, non nunquam supersedit SCHWARZENBERGIVS, quum BAMBERGENSEM compilaret ordinacionem et licet his tantum nomina conuenirent *der Anzeigen*; vel *Wahrzeichen*, iis quoque notionem ipsius verisimilitudinis haud obscure substituit, sequentibus verbis: *h)* Item uo wir nachmals redlich antzeigung melden, da wollen wir allwegen redliche wahrzeichen, argwohn, und verdacht auch gemeint haben und damit uebrige Wörter abschneiden. Eadem quoque declaratio quum repetita est in CAROLINA sanctione *i)*, haud fallimur, si quoque ipsam ibi verisimilitudinem nomine derer glaubieürdigen *Anzeigen k)*, redlichen *Anzeigungen l)* redlichen und deshalb genugsamem *Anzeigungen m)* designari censemus, neque miramur, ab imperatore quoque vocabula supra memorata saepius pro indicis sumi; *n)* verumtamen aliis locis satis evidenter ab indicis illa distinguitur sub iisdem verbis. Ante omnia adfirmare id possumus, de illo, cuius ysus hodie fere obsoleuit, nimurum *Argwoehnigkeit*, vbi vno loco *o)* mentio fit *der erfundenen Argwoehnigkeit* atque alio *p)* *der Worte*, die nach Gelegenheit der Person und Sachen zu weitherer erfahrung der uebelthat oder Argwoenigkeit allerbest dienen moegen; idem autem liquet quoque de duobus aliis verbis. Non sine causa in iurisius randi

*b) art. XXVII.*

*i) art. XIX.*

*k) art. VI.*

*l) art. XVIII. XXVII. XXX. XXXI.*

*XLIII.*

*m) art. VI.*

*n) art. XXIV. XXV.*

*o) art. XXVIII.*

*p) art. XLVI.*

9

randi formula, quo is, qui iudicis criminalis est ab actis, obstringendus, probatio ab suspicione haecque ab indicis ita distinguitur q): Ich schwore, daß ich soll und will — — Klag und Antwort, Anzeigung, Argwohn, Verdacht, oder Beweifung, auch die Urgicht des Gefangenen und was gehandelt wird, aufschreiben, ac duumuiri, qui per versiones latinas CAROLINAE nostrae legis de iurisprudentia criminali optime meriti sunt, IVST. GOBLERVS ac GEORG. REMVS bene perspicunt, non sine ratione in hac formula opponi denen Anzeigen der Argwohn und Verdacht; siue suspicionem ex indicis oriundam. Licit aliquoquin haud inter se conspirent; vterque tamen huius distinctionis, ab imperatore adhibitate, rationem habuit, ita, vt GOBLERVS verba haec ita latine redderet r): ego iuro, quod debo ac volo — — petitionem et responcionem, indicia, suspicione, praesumptiones ac testimonia etiam confessio res captivi et quidquid agetur, fideliter adnotare; GEORG. autem REMVS s) mentionem faciat ibidem indiciorum, praesumptionum, suspicionum ac probationum. Alio loco loquitur imperator de causis suspicionis, von den Ursachen des Argwohns, quumque illae non; nisi in indicis consistere possint, haec iterum per id distinguitur ab ipsa verisimilitudine, vti causa efficiens ab effectu. Vbi nostra in constitutione vocabulum hoc reperitur, saepenumero ei vocula Verdacht iungitur atque plura exstant in illa loca, quibus mentio fit des Argwohns und Verdachts t); praeterea autem memoratu dignus est usus verbi: argwoehnig, qui haec in lego obtinet. Quum hodie in primis homines, qui de aliis non; nisi nefarium suspicari solent, argwoehnige, argwoehnische vocabus u): sumebatur vocula haec in iure ALLEMANICO pro suspectus, ita ut heredes, quorum ius succedendi in dubium vocaretur, argwoehnige erben dicantur x). Non minus id sit in iure ARGENTORATENSI sequentibus verbis y): Sie heissen argwoehnig, die ire pferd lassen stan gesattelt, iren armbrust gereist, und iren harnichs nach ihrer Bereitschaft nit abziehen, camdem-

q) art. v.

r) in Caroli quinti de capitalibus iudiciis constitut. art. v.

s) in nemesis Karolina cap. v. p. 20.

t) art. VII. XV. sqq.

u) IO. GEORG. HALTAWSIVS, glossario Germanico, p. 71.

x) cap. XXX. tom. II. IO. SCHILTERI

tbefauri antiquitatum et euvonicarum

P. 27.

y) libr. II. cap. 144. Addas alium

locum Speculi Alemannici, cap.

CXXIV. tom. II. corp. iuris Germanici SENCKENBERG II p. 264

eamdemque ob caussam in CAROLINA vocabulum hoc partim de personis, in quos cadit suspicio; partim de rebus, suspicionem proferentibus, adhibetur. Ita memoratu digna est inscriptio articuli cuiusdam *z)*: *Eyn regel, wann die vorgemelten argwoehnigen theil oder Stuck famentlich oder sonderlich eyn genugsam anzeigen zu peinlicher Frage machen.* Simili ratione mentio fit der *argwoenigen theil oder Stiick a), des argwoehnigen guts b)* atque *eines argwoehnigen Gesellens c) atque alibi legimus: daß die besagte person also argwoehnig sey, daß man sich der besagten missethat zu ihm versehen moeg d).*

### §. V.

SUFFICIENT haec de verisimilitudine generatim spectata; vbi autem iam proprius accedamus ad disputandi argumentum atque eruamus, quatenus ad illam respicere queat iudex in fontium animaduertione: partim ea, quae ad investigationem *corporis delicti* suscipiuntur; partim negotia considerare debemus, quae *eius tangunt auditorem.* Quum ea processus criminalis est indeos ac natura, vt, siue sit accusatorius; siue sit inquisitorius: siue de leui; siue de grauiori institutiaru delicto, iudex partim ad ipsum crimen, quod est coramissum; partim ad eos, qui illo se contaminarunt, oculos coniicere debeat atque in vitroque hoc negotio quoque consistat, quicquid a iudici criminali sit expediendum: vtriusque quoque ianu a me ratio est habenda idque eo maiori iure, quum non solum circa delictum; sed quoque eos, quibus illud imputatur, obtinet verisimilitudo,

### §. VI.

*CORPVS delicti;* siue *eius existentiam e)* inuestigare debet iudex criminalis; neque tironi est ignotum, nullitate processum criminalem laborare, si illud omittatur. Perspexerunt hoc iam Romani. Pronocat quidem iuriscon-

*z) art. XXVII.*

*a) cit. art.*

*b) art. XLIII.*

*c) art. XL.*

*d) art. XXXI.*

*e) de origine loquendi huius formulae conjecturam profert FRID. ES. PUFENDORFIVS tom. II. obseruat. juris viuientis, obs. CLIV, p. 515.*

Certum est, illam media demum aetate esse excoxitatam quumque plures ei notiones subiicerent, quemadmodum recte animaduertit IO. SAM. FRID. BOEHMERVS, meliorationibus in confit. criminal. Carolinam, art. VI. §. X. p. 40. evincit, ut quoque variae illius formarentur definitiones.

risconsultus Ienensis, ordinis sui quondam decus atque ornamenti, PETRVS THEODORICVS f) ad plura iuris civilis effata, ex quibus illud nullo modo iure est colligendum et Io. BALTHASAR WERNHERVS g) de nonnullis illorum h) satis eleganter docet, haud inesse iis probandi virtutem, quam plures tribuunt, qui iure ex romano necessitatem inuestigandi corpus delicti probare student. Nec Io. CHRIST. QVISTORPIO i) concedere conor, liquere hoc ex lege quadam ANTONINI k); verum tamen VLPIANVS kk) clare eam tradit, quum ait: *Item illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quaestione. Liquere igitur debet, scelere intererunt, ut senatusconsulto locus sit.* Respicit quidem iurisconsultus saltim ad delictum atrox, nimirum homicidium; commode tamen cum WERNHERO l) proferuntur eius verba ad alia delicta eaque leuiora, quumque in sequentibus addit, se per quaestione non solum tormenta; sed etiam inquisitionem atque defensionem intelligere, evidenter declarat, inuestigationem corporis delicti esse in omni parte processus criminalis necessariam. Haud aliter sentiebant nos trates; antequam CAROLVS constitutionem suam promulgaret. Quum homicidio commisso, corpus defuncti iudici offerretur; vel minimum membrum eius ac potissimum manus, quemadmodum discimus ex speculo SAXONICO m), collectione illa consuetudinum iudiciarum, sub nomine des Richtstiegs n) nota, statutis ORLAMUNDANIS o), ISENACENSIBVS p), MUEHLHSANIS q) atque iis, quae collegerunt ERN. IO. FRID. MANZELIVS r) ac IO. CAR. HENR. DREYERVS s) idque eum solum in finem fieret, vt eo certior redderetur iudex de nece coequre facilius procedere posset contra reum: immo nonnumquam loco illius eidem necati hominis vestimenta

B 2

menta

f) iudicio criminali pratico cap. IV.

p. 520.

g) part. IV. abs. 4.

h) L. 13. §. vlt. D. ad legem Aquil.

L. 5. §. 2. D. ne quis eum, qui in

ius vocar. L. 1. §. 27. D. de quaest.

L. 24. D. de testam. mil. L. 66. §.

4. D. de furt. ac L. 6. D. de leg.

Cornel. de fals.

i) in den Grundsätzen des deutschen peinlichen Rechts, Seßt. x. cap. III.

§. 498.

k) L. 16. C. de poenis.

kk) L. 1. §. 24. D. de senatusconsulto Silan.

l) loc. laudat.

m) libr. III. art. XC.

n) cap. 32.

o) in ven. PRAESIDIS vermischten Beytraegen zum deutſchen Rechte, tom.

II. p. 78.

p) in CHRIST. FRID. PAVLLINI annual. Ienac. p. 59.

q) in BENIAM. CHRISTOPH. GRASSHOFFII comm. de originibus atque antiquitatibus. S. R. I. liberae ciuitatis Muhlbusae p. 232.

r) iure criminali Mecklenburg p. 12.

s) in den Nebenstunden, p. 88. fff.



menta exhiberentur *t*), id, quod tradidi, abunde confirmat; neque vero nobis difficile impositum est negotium, vbi, CAROLVM idem voluisse, probare studemus. Quum haud opus esse crederet, vt generatim iudicem corpus delicti eruere debere iuberet; sed id iam ipsa ex processus criminalis natura liquere persuasum haberet, claris verbis id de omnibus delictis haud constituit; neque ad quamvis processus partem inuestigationem hoc modo requirit; nihil tamen minus duo sunt loca huius sanctionis omnino memoratu digna. Quum in vno, qui ita est formatus *u*): *dazu soll auch ein ieder Richter inn diesen grossen Sachen vor der peinlichen Frag, so viel maeglich und nach Gestalt und Gelegenheit einer ieden Sachen geschehen kann, sich erkundigen und fleissig nachfragens haben, ob die misserhat darumb er angenommen, berichtigt und verdacht auch beschehen sey oder nit, wie hernach inn dieser unser Ordnung ferner erfunden wird,* sermo solummodo est de inuestigatione corporis delicti, quae ante torturam est necessaria: quilibet tamen videt, respicere auctorem his verbis, quae haud inueniuntur in constitutione BAMBERGENSI *x*) ad supra memoratum locum VLPIANI, non minus saltim disputantis de *quaesitione de familia habenda y*). Quemadmodum ipse hic jurisconsultus moner, ea, quae de erundo delicti corpore ante tormenta tradit, valere quoque de inquisitione; ita quoque idem ita interpretari debemus articulum CAROLINAE. Neque vlla ratione his verbis superfluum hoc negotium declarat, vbi hand possit locum habere tortura, quumque altero loco *z*) hominis vulnerati; seu necati inspectio nem imperat; neque distinguunt, vtrum contra quemdam tam grauia sint indicia, vt cruciatibus possit adfici; an illa deficiant, omnes iuris criminalis

*x*) De hoc ritu praeter KEYSERVM  
prax. criminal p. 1031. IO. GOTTL.  
HEINECCIVS, elem. iur. Germani-  
ci, tom. II, p. 668, ac IO. CAR.  
HENR. DREYERVS, loc. memorato  
sunt euoluendi. Quod loco corpo-  
ris defuncti proferebatur, nomine  
*eines Leibzeichens, vel eines Fraisch-  
pfandes* designabatur, ac lestu digna-  
funt, quae traduntur in Ordina-  
tione criminali BAMBERGENSI  
ars. CXXXIX. ac recessu imperii dc

ann. 1510L §. 43. IO. GEORG.  
HALTAWSIVS glossario germanico,  
p. 485. et IO. SAM. FRIDR. BOEH-  
MERVS elem. iur. criminalis sect. I.  
cap. V. p. 69.

*u*) art. VI.

*w*) art. x. Continet quidem hic articu-  
lus ea, quae in art. VI. Carolinæ  
inueniuntur; sed plura ibi sunt mu-  
tata.

*y*) L. I. §. 24. D. ad SC. Silanianum  
*z*) ars. XLVII.

lis interpretes in eo conspirant, quod in quolibet processu criminali corpus delicti sit attendendum. a)

### S. VII.

Etsi vero extra omnem dubitationem sit positum, primarium iudicis officium, vbi in crimen inquirat, inustigatione corporis delicti absoluti satisque constet, ante omnia illam impugnari solere a caussarum patronis, qui eo portissimum nomine fontibus succurrere student, quod haud rite formata sit contra illos inquisitio b); haud facile tamen veritas eius absoluta; seu mathematica erui potest. Cogitari id nonnunquam posse et, vt exemplo rem illustrem, ex vulnere, absolute lethali, humano corpori influsto ad homicidium concludi licere, libens largior; tantum tamen abest, vt medicus quoquaenam tempore ita cum iudice argumentari tutoque afferrere possit, admissem esse necem alterius, neque defunctum sibi ipsum mortem consciuisse atque eadem ratione certam reddere licet aliorum delictorum veritatem; vt rarissime potius illud contingat. Videamus iam id 1) ex distinctionibus, quas iuris criminalis interpretes inter delicta faciunt, vbi de corpore delicti est sermo. Quum antiquiores delicta in *delicta facti permanentis* ac *delicta facti transiuntis* diuidenter, c) in eo conueniunt, quod conjecturat de veritate corporis delicti sufficient in delictis posterioris generis, d)

B 31

pro-

- a) PETR. THEODORICVS iudic. criminal. practic. cap. IV. p. 520.  
 CHRIST. IAC. HEILIVS, indice et defensore in processu inquisitionis, cap. I. §. 3. PROSPER FARINACIVS, pro criminal. quæst. CXXXI. rum. 54. GEORG. FRID. HARPRECHTVS decisi. criminal. decisi. LII. num. 4. p. 470. AVG. LEYSERVUS Spec. DLXI. et DCCVIII. et FRID. ES. PVFENDORFIVS, obseruat. iuris uniuersit. tom. II. p. 519. quibus consilia Tübingeria, vol. IX. conf. 23. num. 87. p. 287. iungas.

- b) perill. IO. CHRIST. KOCHIVS in

der Anleitung zu Defensionsschriften, p. 57.

- c) BENED. CARPZOVIVS, pract. rer. criminal part. I. quæst. XVI. num. 4. fqq. PETR. THEODORICVS iud. criminal practic. cap. IV. p. 520. ac CHRIST. IAC. HEILIVS, in iud. et defensore, cap. I. §. 3. p. 4. fqq. d) BENED. CARPZOVIVS, part. I. quæst. XVI. num. 4. PETR. THEODORICVS, loc. excitato. CHRIST. FERD. HARPRECHTVS, decisi. criminal. decisi. II. num. 45. p. 13. Consilia iuridica Tübingeria vol. V. conf. 79. et 86. cum aliis. Adoptant distinctionem, quac inter delicta



propterea quod illa sint, quorum non exstat vestigium, hocque nomine  
sece distingunt a delictis permanentis facti quumque ita sint com-  
parata, veritas illorum prorsus demonstrari nequeat. Si quoque  
inter recentiores iurisconsultos celeberrimos existunt, quibus diuisio  
haec haud placuerit e); concedunt tamen, corpus delicti, prout  
vel vestigia reliquit; vel id haud contigit, vel ad sensum; vel ad  
intellectum inuestigari et si hoc evenit, indicia sufficere, vbi haud per te-  
stes; vel per propriam confessionem demonstrandum sit f). Quum ex in-  
dicis ipsa veritas haud facile erui potest et nequidem certitudo moralis;  
sed verisimilitudinis saltem species, satis superque ex his iam patet, multa  
crimina cogitanda esse, quae inulta manerent atque impunita, si iudex il-  
los, qui ipsis sece contaminant, prius poenis promeritis ad fieri haud veller,  
quam si perfecta corporis delicti adlata fuerit probatio. Sed II.) alio ad-  
huc modo hac de re certiores nos reddere possumus, si ea delicta, quae  
delicta dicuntur a maioribus nostris permanentis facti eae, quorum cor-  
pus secundum recentiorum pracepta ad sensum sit inuestigandum, paullo  
intentius perpendamus et inquiramus, quatenus illorum de certitudine iud-  
dex omnino conuicuum se reddere queat. Licit CHR.IST. IAC. HEILIVS g)  
inter eos sit referendus, qui adprobarent diuisione delictorum in deli-  
cta permanentis facti ac transeuntis, non sine tamen caussa, duplex illo-  
rum genus esse, statuit, quorum alterum delicta vocat manifesta; alterum  
autem delicta occulta, ac concedit, quod in his etiam coniecturae sufficient  
ad inuestigationem auctoris delicti. Qui illam improbant, id ea poris-  
tum ex ratione faciunt, quod unum idemque delictum mox ad permanen-  
tia; mox ad transeuntia referendum sit, et praesertim IO. SAM. FRID.  
BOEHMERVS h) docte animaduertit, non facile fieri ad sensum inuestiga-  
tionem

facta facti permanentis et transeuntis  
iuris interpres faciunt, quidam  
legislatores, vti constat ex iis, quae  
legimus in der Bayerischen Malefiz-  
ordnung zit. III. art. VIII. der  
Landgerichtsordnung des Erzherzog-  
thums Oeffnreich ob der Enns, part.  
II. art. XVII. §. 3. p. 44. der  
Hessen Darmstaedtischen Criminal.  
und peinlichen Gerichtsordnung tit.  
III. §. XII. fqq. Fürstl. Hessen Cas-

felschen peinlichen Gerichtsordnung  
tit. IV. §. 7. fqq.

e) IO. RVD. ENGAV. element. juris  
criminalis, lib. II. tit. VI. §. 75.  
P. 345. et perill. KOCHIVS, insti-  
tut. tur. criminal. libr. I. cap. II.  
§. 23.

f) ENGAVIVS et KOCHIVS loc. ex-  
ciat.

g) loc. memorat.  
b) meditare. in confit. criminal. Caro-  
linam, art. VI. §. XII. fqq. p. 44.

tionem delicti, vbi non supponatur simul quaedam verisimilitudo. Licit itaque delicta carnis, furta, homicidia atque incendia inter delicta referantur, quoram corpus ad sensum investigari debeat; de omnibus tamen iis certe plures conjecturas simul supponere debemus. Ex feminae quidem 1) grauiditate; vel partu ad concubitum concludere possumus; prius tamen stupri eam arguere haud licet; quam si quoque illum extra matrimonium suscepit. Quod quum profecto est solum verisimile, quamvis puerla confiteatur, se nondum fuisse in matrimonio; neque vir, cui nupsit, nominari possit, propterea quod sola rei confessione corpus delicti probari nequit, adeo saltē conjectura. Adulterium 2) prius cogitari non potest; quam si quis unus concubentium iam matrimonium celebravit. Neque hoc saepenumero ita probari potest, vt id extra omnem dubitationem positum esse, sit statuendum quumque 3) incestus cognitionis gradum supponit, quo duas concubentes personae sunt iunctae, concubitus quidem feminae nonnunquam ad sensum potest inuestigari; minime autem hoc modo eruendum est eius cum masculo vinculum, ob quod coitus ipsis erat prohibitus, et vbi incestus consummatione matrimonii committitur, hocque haud foecundum existit, ad sensum neutriquam inuestigatur. Si quoque 4) plura deprehendantur indicia furti violenti; non facile ex iis tuto ad rei mobilis ablationem concludere possumus, si consideramus, eam haud prius assumi; quam si certum est, rem, quae sit ablata, in loco fuisse, ex quo est ablata ac si quoque id adserit laetus hocque iurecurando confirmat, ne quidem moralis certitudo ex eo oritur; sed sola summa eius rei verisimilitudo, quemadmodum recte quoque perspicit BOEHMERVS i). Etsi ex vulnere demonstrare possit medicus, illud caussam esse mortis; non tamen omne vulnus, si quoque absolute lethale sit, ita est compararum, vt ex eo adpareat, defunctionem ipsum sibi haud illud inflixisse; sed ab altero accepisse, quod tamen omnino supponendum sit, si contra tertium, tanquam homicidiam, inquisitio sit instituenda. Quor quoquo 6) praesumptionibus nitatur iudex, vbi infanticidium commissum esse adsumat et secundum eius notionem infantem viuum esse natum eumque necatum supponit? Quum solae saltē obtinent conjecturae, licet illas adprobauerit imperator, si haud corpus infantis innenitur atque saltē ex indicis partus recentis, quae in corpore feminae de-

pre-

i) loc. memorat.



prehendatur, concluditur, illam viuum in lucem edidisse infantem <sup>h)</sup>; non minus plures quoque locum inueniunt, vbi corpus infantis habemus eiusque legitimam inspectionem peragere possumus et solum, viuum eum fuisse vel ex corporis grauitate ac longitudine; <sup>i)</sup> vel ex eo, quod sit partus perfectus <sup>m)</sup>; vel ex pulmonibus colligimus in aqua natantibus? Quoniam nostra actate peritissimi medici docuerunt aequae ac iurisconsulti, omnino quidem in eiusmodi sectione pulmonum esse rationem habendam; necessarium tamen argumentum pro vita haud ducendum esse ex carum virtute natandi <sup>n)</sup>, iure profecto statuere licet, id saltim ex ipsis colligi, quod est verisimile. Si porro <sup>o)</sup> sermo est de parricidio eiusue specie quadam, iudex prius gloriari haud potest, extra dubium positum esse corpus delicti, quam si quoque vinculum illud cognitionis demonstratum sit, quod intercedit inter occidem et occisum et si quoque nonnunquam certitudo illius moralis in actis sit deducta; haud tamen semper illud evenit. Nemo tandem <sup>p)</sup> credere debet, verisimilitudinem non obtinere, vbi incendio facto, corpus delicti sit erendum. Quum incendium in se spectatum, ex variis oriri potest causis; nec quisquam argui potest dolos, quam si illud sit ex proposito excitatum: ex ruinis quidem combustarum aedium videntes, illas esse conflagratas; certe tamen nullo modo colligere licet, incendium esse a quodam excitatum, immo id nec omni delectu ac

discri-

- k) C. C. C. art. XXXV et XXXVI.**  
**AVG. LEYSERVUS** Spec. DCXI. et  
**BOEHMERVS** med. in constitut. cri-  
 minalem Carolinam art. XXXV. p. 159.  
**l) QVISTORPIVS**, in den Grundzä-  
 gen des deutscher peinlichen Rechts  
 Sec. VI. cap. V. §. 276. p. 512.  
**m) vocat eum CAROLVS V. ein glied-  
 maesig Kindlein**, art. CXXXI.  
**n) AVG. DE LEYSEN**, Spec. DCXI.  
 med. 37. IO. SAM. FR. BOEHME-  
 RVS med. in constitut. crimin. art.  
 CXXXI. Spec. 6. et IO. CHRIST.  
**QVISTORPIVS**, loc. memoriae. qui-  
 bus IO. ZELLERVM, diff. quod  
 pulmonum infantis in aqua subiden-  
 tia inservicidas non absoluat nec a tor-  
 tura liberet, nec respirationem foetus

in vero tollat Hal. c1515ccxv.  
**LAVR. HEISTERVM**, progr. ex  
 pulmon. foetus innat. vel submers. in  
 aqua nullum certum infanticidii signum  
 defini posse, Helmst. c1515ccxxii.  
**MICH. ALBERTI**, diff. de  
 pulmonum subsistentium prudenter  
 applicacione, tom. III. iurispr.  
 cius medicae denuo recusa: **CHRIST.**  
**LIEBEREÜHNIVM** diff. de experi-  
 ment. pulmon. natantium; vel submer-  
 gentium, Hal. c1515ccLXXII at-  
 que ill. **IVST. CHRIST.** LODE-  
 RVM progr. quo pulmonum docim-  
 entia indubium vocatur ex noua ana-  
 mica obseruat. Icn. c1515ccLXXVIII.  
 iungas.

discrimine remoto obtinet, si quoque reliquias materiae inuenimus, ad ignem excitandum aptae.

S. VIII.

Ex his quum abunde patet, maxima flagitia inulta atque impunita fore, si haud reus poenam expectare posset; quam si delicti certitudo esset plene demonstrata atque legislatores non posse hoc praecepere, si recipue biae rationibus vere consulere voluerint: neque id iis in mentem venit; sed haud obscure declararunt, sufficere quoque verisimilitudinem delicti, vbi haud possit ipsa eius veritas erui. Clare hoc ex legibus Romanorum haud patet. Quum VLPIANVS o) scribit, *constare debere, quemdam esse intererum*, vocabulo vititur, iurisconsultis admodum visitato et si quoque de notione, quam huic vocabulo recentiores subiecerunt, forsitan valet, quod tradit BOEHMERVS p), vbi loquitionem *to constare tam vagam esse tradit, ut constare non tantum dicatur, vbi summus; verum etiam vbi intermedius vel insinus gradus verisimilitudinis adsit*: illud quoque quondam obtinuisse, statuere haud audeo. Apud veteres id mihi videtur *constare*, quod est verum q) idque forsitan non minus est ratio, cur SCHWARZENBERGIVS in ordinacione Bambergensi r) necessarium esse arbitraretur, vt delictum sit manifestum. Item so unser Amtleut oder Richter yemandt in peynlichen Sachen unberüchtig ubelthat, so kein andeleg vorhanden were, von Amts wegen anzunehmen verfügen würden, die ubelthat mit offenbahr vnd der Gefangen — der beschuldigten myßhandlung in laugen stande; in CAROLINA autemclare id articulo supra adlegato est definitum. Quum ibi sequentia legitimus verba s): darzu soll auch ein ieder Richter, inn diesen grossen sachen vor der peinlichen frag, so viel möglich vnd nach gestalt vnd gelegenheit einer jeden sachen beschehen kann, sich erkündigen vnd fleißig nach-

o) L. I. §. 24. D. ad SC. Silanian.  
p) mediat. in constit. criminalem Ca-  
rolinam arr. VI. §. II. p. 43.  
q) prouoco ad leges, in quibus alio-  
quin vocabulum hoc occurrit, quas-  
ue colligit BARNAB. BRISONIUS

de verborum signific. libr. III.  
voc. *constare* p. 251. ed. HEI-  
NECII.  
r) art. X.  
s) art. VI.

nachfragens haben, ob die missethat, darumb er angenommen berüchtiget vnnd verdacht, auch bestehen sei oder nit, wie hernach inn dieser vnsr ordnung ferner erfunden wirdt, haud requirit, vt veritas delicti prorsus exploretur; sed inquirere saltem iudicem iubet, vtrum delictum sit commissum; nec ne? quantum fieri possit atque natura cuiusdam delicti id patiatur quumque sufficer hoc declarat, vbi reus tormentis sit adficendus ideoque eo tempore, quo vel minimum summa delicti verisimilitudo necessaria est, vbi scilicet quaesio est instituenda, tacite simul significat, multo minus absolutam corporis certitudinem requiri ad generalem; vel summariam inquisitionem, captiuitatem aliosve actus grauiores. Mirum in modum CAROLVS omnia haec confirmat t), dum ea applicat contra foeminam, infanticidii suspiccam eamque ad illud confitendum cruciatibus cogendam esse statuit, si saltem ex lacte, quod eius in mammis reperitur atque alii recentis partus indicii, ab obstetricibus eius in inspectione reperiundis; neque minus illius colore ventrisque tumore, qui resedit, illam in lucem quidem viuum partum edidisse; sed eundem quoque necesse, coniicitur, ideoque omnino cum Avg. LEYSERO u) censemus, illos, qui mathematicam certitudinem delicti desiderant, verbis constitutionis criminalis refragari; cum illo autem hac in re omnes fere iurisconsulti recentiores, videlicet Io. BALTH. WERNHER x) FRID. ESAIAS PVENDORFIVS y) Io. SAM. FRID. BOEHMERS z) ac Io. CHRIST. QVISTORPIVS a) conspirant.

#### §. IX.

HANC quum sententiam amplector de inuestigatione corporis delicti: haud statuo, iudicem, vbi vestigia delicti adsum, iisque rite inspectis, eius corporis certitudo extra omnem poni potest dubitationem, illud omittere posse; sed hac in re omnino iis, quae CAROLVS praescript, morem gerere debet b). Neque mihi in mentem venit, quamlibet verisimilitudinis speciem admittere de delicti corpore ac recte formant iuriis criminalis interpretes cum Io. SAM. FRID. BOEHMERO c) Io. PAVLL. KRES-

b) art. XXXV.

u) Spec. DLXI. med. 4. et 5.

x) part. IV. obs. 4. Addas dissertationem eius de cerebrina certitudine corporis delicti, Vitembergæ, anno CCCXIX.

y) obseruat. iuris uniuersi, tom. II.

obs. CLIV. §. I. p. 515.

z) meditat. ad consil. criminal. Carolinam, arr. VI. §. XII. p. 43. sqq.

a) loc. memoras.

b) arr. CCCXIX.

KRESSIO d) ac IO. CHRIST. QVISTORPIO e) regulam certam omnibus tempore obseruandam, quod quo grauior actus est, qui contra reum suscipitur, et quo maius est damnum, quod ipsi est ex illo metuendum, eo ad maiorem verisimilitudinem corpus delicti peruenire debeat. Quaestio iraque, num corpus delicti per testes probandum sit, qui iuris iurandi vinculo haud sunt obstricti? quam in medium protulerunt DAN. IAC. HEILIVS f) et IAC. FRID. LUDOVICI g), ita est comparata, ut mox adfirmari queat; mox negari et si quoque nonnumquam sufficit ad inquisitionem generalem: immo ad reum in carcere coniiciendum testimonium unius vel plurium iniuratum; neutquam tamen id de aliis artibus maioris momenti assere debemus. Neque minus, ea si ponderamus, quae modo tradidi, perspicimus, quid sit, quod LEYSERO h) in mentem venit, quaestionem in medium proferre, num corpus delicti necessarium sit ad inquisitionem? eamque negare. Usque eo progreditur, ut ipse CARPOZIVM eo nomine reprehensione dignum putet, quod contrariam tueatur sententiam. Non quidem infitiam est, CARPOZIVM ipsum sibi repugnare videri, vbi uno loco i) superuacaniam corporis delicti investigationem declarat, si reus ultimum supplicium subire haud debet; sed fustigatio vel alia misior poena ipsi decernenda est, quae requirit, ut ante illam ad articulos inquisitiones respondeat; duobus autem aliis x) sententiam, quam supra tradidi, amplectitur. Neque penitus hac in re exculpandum censeo CARPOZIVM, eti id persuasum habeat BOEHME-  
NVS l) ob diueras notiones, quas corporis delicti nomen suffineat; verumtamen eodem modo causam LEYSERI agere nequeo ac haud perspicere possum, quo iure rationes sententiae sint defendendae, quas ita format m): alldein aber die Rechte das corpus delicti, oder eine ungezweifelte Gewissheit des begangenen Verbrechens nur alsdenn, wenn die peinliche Frage, L. I. §. 17. de quaestione, oder eine Lebensstrafe, rescriptum

C 2

Augu-

c) loc. laudat.

d) comment. ad constit. criminalem Ca-  
rolinam art. vi.e) in den Grundsätzen des deutschen  
peinlichen Rechts Jetz. x. cap. II. §.  
599. p. 1126. FERD. AVO. HOM-  
MEL diss. an et quatenus certitudo  
corporis delicti necessaria sit, §. 4.

f) iurice et aeterniore, cap. I. §. 12.

g) Einleitung in den Criminalproces,  
cap. I. §. 19.

h) spec. DLVI. med. 7.

i) præf. rer. criminal. LXXXI. nr. 58.  
et CVIII. nr. 39.k) quaest. crim. XVI. num. 3. et CVII.  
num. 103.

l) loc. laudat.

m) loc. memorat.



Augusti Electoris de 1579. apud Carpzovium, in quaest. criminal. 107.  
nr. 169. erkannt wird, erfordern, in geringern Faellen aber sogar bey Er-  
kennung des Staupbefens auf die Richtigkeit solchen Corporis delicti nicht  
dringen. Si quoque verbis hisce vir summus nil aliud declarare voluerit,  
quam quod ea corporis delicti certitudo, quae supponenda sit, vbi reus ad  
confitendum corporis cruciatibus sit cogendus; vel morte plectendus, ne-  
cessaria haud sit, vbi tormentis non adsciatur; vel poena fustigationis;  
aut alia poena obtineat, vel minimum mentem suam explicare cum opor-  
tuistet clarius; sed vix hanc sententiam ipsi tribuere possumus. Vti supra  
copiosius monstravi, lex Romana, ad quam prouocat, vt demonstret,  
constare solum oportere de delicto, vbi adhiberi debent tormenta, ipsi aper-  
te refragatur, quum VLPIANVS eam de integra inquisitione clare inter-  
pretatur et quo quaequo pacto adfirmare possumus, non opus esse inuestiga-  
tione corporis delicti, vbi poena, capitali proxima, fustigatio nimis, est  
decernenda? Nequidem id colligi potest ex rescripto Electoris Saxonis,  
cuius mentionem facit, ac licet haud ignotum sit, sub quaestione in legi-  
bus Romanorum ordinarie sola intelligenda esse tormenta, LEYSERVS id  
haud monere potuit contra CARPOVIVM de effato VLPIANI n), quum  
enidenter, se quaestionalis vocabulum latiori in sensu sumere, declarat, et  
quilibet optimus verborum suorum est interpres.

### §. IX.

Etsi vero quoque omnia haec recte sese habeant; neque ullo modo  
refutari queant per regulas, quas de verisimilitudine formauit; nihil tamen  
minus plura sunt consecratio ex eadem ducenda. Quum 1) satis abunde  
ex his constat, verisimilitudinem delicti vel minimum adesse debere, vbi  
secundum legum normam contra reum sit inquirendum, vel medium  
eruendi veritatem contra cum adhibendum; vel reus poena quadam adsi-  
ciendus haecque plane deficit, vbi obtinet eius improbabilitas; siue magis  
pro falsitate; quam veritate criminis existunt rationes, cessat tunc inqui-  
sitione; neque reo poena decerni potest, siue delictum confiteatur; siue illud  
neget. Clare hoc praecipit CAROLVS quintus o) de eo, qui delictum con-  
fitetur, iudeoque idem merito statuimus de eo, qui crimen, quod  
ipsi

n) leg. cit.

o) art. VI. XX. XLVI. LIIY. LIV. ac  
LX. IO. SAM. FR. BOEHMERVS,

meditat. ad confitetur. criminalem  
Carolinam art. CXXXI. §. 8. cum  
aliis.

ipſi imputatur, negat. Haud porro fallimur, vbi ex iis, quae tradidi, 2) concludimus, adquiescere posse iudicem delicti in verisimilitudine, si ipsam eius veritatem eruere haud possit. Quoniam hoc sine illa adfir- mamus distinctione, minime dispicimus, utrum ratio, cur veritas ipsa haud erui possit, in natura delicti sit ponenda; an potius in causa acci- denti hocque euenerit vel casu fortuito; vel culpa cuiusdam; hicque sit vel index; vel reus. Probe id iam perspexit BENED. CARPOVIUS et li- cet ordinariam poenam ex regula ob deficiens corpus delicti non obtinere statuat, si reus confiteatur, se cadaver hominis occisi in mare; vel aquam profluentem iecisse; aut illud deuoratum esse a canibus; putat tamen si- mul, iudicem haud aberrare, si evidenter facti; sive delicti ex argumentis possit demonstrari. Conspirant cum ipso una voce et mente recentiores iurisconsultorum, videlicet ALEX. ARNOLD. PAGENSTECHERVS q) Avg. LEYSERV 2) IO. CASP. HEIMBURGIVS s) IO. FRID. EISENARTHVS 2) IO. SAM. FRID. BOEHMERVS u) ac CHRIST. FRID. GEORG. MEISTERVS x) atque in eo in primis de infanticida conueniunt, quod capite damnari pos- sit, licet corpus infantis amplius haud existat, vbi scilicet alioquin verifi- militudo corporis delicti in dubium vocari nequaquam possit. Hoc quum ea saltim ex ratione statuit, quod haud sit absolute necessaria ipsius delicti veritatis demonstratio: sufficit quoque eius verisimilitudo, si, homicidio facto, secilio quidem corporis institui potuerit; illa tamen a iudice vel penitus sit neglecta; vel non rite peracta. Etsi iudici fere haud sit igno- scendum, vbi corporis inspectionem omittat; nec per illam certiore se readdere studeat de veritate delicti, propterea quod debet secundum cla- ram legem CAROLI inuestigare corpus delicti, quantum possit, haecque fine dubio tutissima via est, in qua peruenire possit ad id, quod intendit; neque negandum sit, illius neglectum saepissime reo esse proficuum atque liberare ipsum ab ordinaria poena; nemo tamen arbitrari debet, illud semper contingere eamque necessario requiri ad eruendum corpus talis delicti. Quum duobus in articulis Carolinae huius inspectionis mentio sit; sive

C 3

potius

p) pract. rev. criminal. quæst. XVI.

r) in den Rechtsbaendeln part. IIII. num.

q) de iure ventris, pars. VI. p. 257.

xvi. p. 432.

r) Spec. DVCVIII. med. 12.

u) loc. laudato.

s) progr. de matre infanticidum confes- fa, etiam si corpus delicti deficit,

x) tom. II. der rechlichen Erkenn- nisse resp. LXIX. num. 28.

mortem multanda, lenae ciso c CLXVI.



potius iudicij de causa mortis a medico ferendi: memoratu dignum est, legumlatorem in uno medicorum consilium y) requirere, vbi delictum adhuc sit dubium: so einer geschlagen wird vnd ubr etlich Zeit darnach stirb, also, daß zweifelich waere, ob er der geklagten Streich halben gestorben waere, oder nicht. In altero quidem praecipere videtur CAROLVS sine villa distinctione sectionem; eo tamen modo, vt saltim se referat ad homicidia, in turba commissa, quemadmodum eleganter animaduertit per illustris KOCHIVS z) atque ex eoclare constat, quod in antecedent articulo caesari sermo sit de tali caede, et sequentem his incipiat verbis: und dörnitz in obgemeldten Faellen gebührlich Ermessung vnd Erkenntniß solcher unterschiedlicher verwundung halb nach der Begräbnis des entleibten desto minder Mangel sey. Haec quum ita se habeant: merito iis cum iurisconsultis facimus, qui docent, haud semper reum mitiorem poenam expectare posse ea ex ratione, quod sectio corporis defuncti non sit fusepta, videlicet cum SAM. STRYCKIO b) aeque ac AVG. LEYSERO c) et ex eo merito argumentamur, nec semper rationem habendam esse defectuum sectionis, ad quos imprimis prouocare solent, qui reorum causam agunt. Sponte sua id ex iis, quae iam tradidi, sequitur, quumque si alioquin ea adest delicti verisimilitudo, quae requiritur, ipsa sectionis omisso haud noceat, multo minus id adsfirmari debet, vbi quidem ea est peracta; neutiquam tamen secundum normam, lege praescriptam facta, siue hoc; siue illud sit negleg-  
stum,

y) art. XLVII.

z) art. XLVIII.

a) insit: iurisprud. criminalis, libr. IIII, cap. VIII. §. 722. p. 523.  
sqq. Argumentum, quod ex L. 17.  
D. ad leg. Corneliam de Sicariis duicit, eo maiorem meretur attentio-  
nem, quo certius est, eos, qui Carolinam compilarent constitutio-  
nem mirum in modum praeceptis  
iuris Romani inhaessisse, quemad-  
modus imprimis docuit CHRIST.  
FRID. GEORGIVS MEISTERVS  
diff. de iuris Romani criminalis in  
Germaniae foris autoritate, Götting-  
en, 1515 CCLXVI. Desideratur  
hic articulus penitus in ordinatione

BAMBERGENSI, et si ex illa summa  
esse constet pleraque capita Caroli-  
nae constitutionis, quumque satis  
ex his liqueat, sectionem haud sem-  
per absolute necessariam esse, ho-  
micio commiso, illud copiose  
demonstrant GEORG CHRISTOPH.  
PLAZIVS, diff. an in homicidio sectio  
et inspectio cadaveris necessaria sit,  
Lipsiac 1525 CXXVII. IO. BAL-  
THASAR WERNHERVS diff. de ce-  
rebrina certitudine corporis delicti,  
§. XXXV. atque alii.

b) usu moderno tom. IV. libr. XLVIII.  
tit. VIII. §. 5. p. 756. sqq.

c) spec. DCCVIII. med. 8. vol. IX.

atum, vti scite animaduerit Avg. LEYSERVUS d). Neque vero fallimur, si verisimilitudinem corporis delicti sufficere putemus, sive hoc; sive illud medium eruendi veritatem eligatur; neque illud ad certum restringamus poenarum genus. Neque minus hoc animaduerit Avg. LEYSERVUS e); illum autem sequuti sunt Io. CASP. HEIMBURGIVS f), IO. FRID. EISENHARTVS g) atque alii et si quoque evenire solet, vt, vbi poena reo sit decernenda, mox eius per confessionem, mox per cognitionem suppleatur simul, quod in probatione corporis delicti adhuc deficiat hocque factio non minus illud pro vero sit habendum: adquiescere tamen debet iudex, vbi praeter illam verisimile sit delictum; neque poscere potest, vt moraliter quoque sit verum, vbi de adhibendo medio, veritatem eruendi, iam est sermo.

## S. XI.

SATIS disputatum arbitror de verisimilitudine corporis delicti; vbi autem progredimur ab illo ad reum, qui illius accusatur, sedulo distinguere debemus, vtrum saltim in eum inquiratur; an potius poena, quam promeruit, ipsi sit decernenda. Et si nec tironi in iurisprudentia criminali ignotum sit, quoduis inquirendi genus quamdam supponere verisimilitudinem et quo magis damnum meruendum sit a reo ex actu, quem iudex delictum inuestigatur, suscipit; eo maiorem requiri verisimilitudinem, illum perpetrasse delictum, quod ipsi imputatur: tantum tamen abest, vt, antequam poena ipsa decernatur, vnicus cogitandus sit actus, qui requireret veritatem eius, quod imputetur reo; vt semper potius sufficiat eius verisimilitudo. Videmus illud iam ex fine totius processus criminalis, poenam antecedentis quumque omnia ea, quae peraguntur, eo solum suscipiuntur confilio, vt veritas delicti, cuius reus accusatur, rite eruat, haud potest iam supponi, vbi unus; vel alter horum actuum obtinere debet: neque vero minus idem euidens est ex eo, quod de iis actibus est cautum, qui in primis sunt grauiores reoque noxi. Longe quidem remoti sumus a sententia eorum, qui persuasum habent, *speciali inquisitione* haud opus esse in investigatione delicti, eam alioquin requirentis, vbi iam

d) spec. DCCVIII. med. 5.

e) loc. memorat.

f) progr. de matre infanticidium con-

fessa, etiam si corpus delicti deficiat,

morte multanda p. 5.

g) loc. laudat.



iam omnia sunt clara; neque quidquam superesse videtur, quod maius desiderat lumen. Etsi recentioribus quibusdam legibus ea certo modo sit abrogata atque ibi magistratibus permisum, facinora sine inquisitione punire, si reipublicae intereat, ut celerrima illorum sit animaduersio h); omnino tamen reprehendendi sunt, vbi sine lege inquisitionem specialem negligere velint, ea ex causa, quod confessus sit iam reus delictum; vel de illo coniunctus. Qui paulo intentius cum AVG. LEYSERO i) perpendit, quem in finem inquisitio sit introducta, mecum hac in re sine dubio consentiet; nemo tamen arbitrari debet, haud prius illam obtinere posse; quam si iam adsit confessio. Quum solum indicia quaedam desiderantur, ex quibus non; nisi verisimilitudo oritur, sive sint proxima, sive sint remota k): haud quidquam aliud requiritur, vbi *confrontatio* peragitur. Quoniam ad eam procedit iudex, ut eo magis excitetur reus ad confitendum veritatem eamdemque ob causam haud necessaria est, vbi iam confessus est reus, ob quod confrontatio sit suscipienda: vel per duos testes omni exceptione maiores de eo coniunctus l); neque illius confessione opus est,clare constat, indicia quidem adesse debere, si actus hic sit suspicendus; verumtamen sufficere verisimilitudinem, ex illis oriundam, illud omnino peractum esse a reo, quod ipsi imputetur. Neque vero aliud tandem requiritur, vbi *tomentis* sit subiciendum. Concludimus illud anto omnia ex natura quaestioni, quippe quea est medium erudiendi veritatem; illud autem non cogitari potest; nisi deficiat veritas. Liquet quoque idem ex eo, quod secundum leges criminales iudici cruciatibus reum ad confitendum adscire prius sit haud permisum; quam si nondum neque con-

b) breuitatis causa prouoco ad ea, que sancte sunt in dem Herzogl. Sachsen Gotha und Altenburgischen Mandat wegen Aufsuchung vnd Bestrafung des Diebs und Raubergeschindels d. d. Friedenstein d. 4. Dec. 1754. §. 11. dem Sachsen Eisenachischen Mandat wegen Aufsuchung Entdeckung auch Bestrafung des Lauer, Diebs und Raubergeschindels, d. d. 14. Nov. 1754. §. 12. Fürstl. Sachsen Weimar und Eisenachisches Mandat wider alles Rottenvieh her-

umstreifende Tauer, Sereicher und Raubergeschindel, auch Zigeuner, d. ann. 1754. §. XV.

i) spec. DLX. med. II.  
k) KOCH, instit. iurispr. crim. lib. III. cap. XIX. §. 831. et QVISTORPIVS loc. memorat.  
l) IAC. FRID. LVDOVICI in der Leitung in den peinl. Proceß cap. VII. §. 6. IO. CHRIST. QVISTORPIVS in den Grundsätzen des peinlichen Rechts, sect. x. §. 714. p. 1360. cum aliis.

confessus sit reus; neque coniunctus et memoratu profecto est dignum dissidium, quod hac in re reperitur inter ordinationem CAROLINAM et illas, quae paullo ante ab episcopo BAMBERGENSI ac Marchione BRANDENBURGICO sunt vulgatae. Si verba, quae in his proferuntur m)<sup>o</sup> Item so der beklagt nach genugsamem beweisung noch nit bekennen wölt, sol er alsdann vor der verurteylung mit peynlicher frage weyter angezogen werden, mit anzeigen, das er der mißthat überwisen sey, ob man dadurch sein bekennniß deßter er auch erlangen moecht, ob er aber nicht bekennen wölt, des er doch, als obſtet, genugsam beweisen were, so folt er nichts deßter weniger der beweiften mißthat nach verurteilt werden, paullo curatius confideramus, videmus, SCHWARZENBERGIVM omnino eorum adoptasse ſentiam, qui condempnari poſſe ſtatuit̄ reum, qui delictum quoque non eſt confessus, quum ad ſupplicium eum trahendum censeret, maleſicio rite probato, licet cruciatibus ad confessionem haud impelli potuerit. Praescribebat ſaltim, vt vna cum coniunctione confessio coniungi poſſet, si fieri potuit, ob contumaciam rei vſum torturæ; tantum tamen abſuit, vt CAROLO haec placent; vt memor potius eſſet ſanctionis iuriſ Romani n)<sup>o</sup>; neque minus recordaretur, in capitularibus iam eſſe cautum o): placuit, ut iudex criminis diſciplinis, non ante ſentientiam proferat capitalem; quam aut reus ipſe conſiteatur; aut per innocentem et veraces teſtes manifeſtius con vincatur. Quum ſatis ſuperque ex hiſ patet, maiores praeter coniunctionem haud requiſiuſſe confeſſionem, quod contra BOEHMERVM p) ac V. C. QVISTORPIVM q) eſt notandum; neque horum coniectura firmatur ex eo, quod nonnunquam confeſſioni accedere deberet coniuctio per teſtes: immo maiores noſtri ipſa tormenta ignorarent, quemadmodum animad vertunt IO. GOTTL. HEINECCIVS r) ac IO. LEONH. HAVSCHILDIVS s), in prima iuriſ Carolini formula, obſeruantie IO. PAVL. KRESSIO t), non fine ratione prorsus omittebatur ſupra recitatius articulus ordinationis BAMBERGENSIS. In ſecunda prium adparuit; ſequenti tamen modo erat mur

tatus

m) art. LXXX.

n) L. 16. C. de poenis.

o) Libr. v. capiūl. cap. 308. tom. r.

P. 887. ex STEPHAN. BALVIZII

p) meditar. in confit. criminalē Carol.

art. XXII. p. 119.

q) l. land. p. 1283.

r) elem. iuriſ Germanici tom. II. libr.

III. tit. IX. §. 335. p. 680.

s) in der Gerichtsverfaffung der Teufelboden §. LXVI. p. 214.

t) comment. in confit. criminal. Carol. V. p. 120.

tatus: so der Beklagte nach genügsamer Beweisung noch nicht bekennen wolt, soll ihm angezeigt werden, daß er der Missethat bewiesen sey; ob man dadurch sein Bekennniß desto eher auch erlangen könnte, ob er aber dennoch darüber nochmals nicht bekennen wolle, das er doch als obfiehet, gnugsam bewiesen wäre, soll er nichts desfoweniger der beweisten Missethat nach ohne einige peinliche Frage verurtheilt werden. Quum verba haec in ipsa quoque lege u)  
sunt retenta, clare adparet, sicutem haud metuere amplius posse, criminis probato, tormentorum cruciatu, licet illud inficietur, ideoque non posse iam veritatem imputationis ei factae adesse, si illa sunt adPLICANDA; sed adquiescere eum debere, si illius maxima obtinet verisimilitudo; eamdem vero ob rationem indicia solum requirantur, si actus torturae locum habere debet x). Wo aber, CAROLVS inquit, solcher argwohnigen theyl oder stuck etlich bei eymander auf iemant erfunden werden, so sollen die ihenen den peinlicher Fraghalber zu erkennen und zu handeln gebühret, ermessen, ob dieselben obbesumptu oder dergleichen erfunden argwohnigen theyl oder stuck, so vil redlicher anzeigung der verdachten missethat thun moegen, als die nachfolgenden Artikel, der eyn ieder alleyn eyn redlich anzeigung macht und zu peinlicher Frag genügsam ist. Conspirant quoque hac in re iurisconsulti; neque ab his defecit IO. FRID. EISENHARTVS y), et si casu quodam singulari statuerit, haud semper ad torquendum indicia magnam producentia verisimilitudinem sufficere: um von einem Inquisitoren mittelst der Folter ein Bekennniß des ihm angegeschuldigten Verbrechens zu erhalten, sind auch solche Anzeigungen, die einen hohen Grad der Wahrscheinlichkeit ausmachen, nicht hinreichend, wenn solche für denselben auf verschiedene Weise erklärt werden.

### S. XII.

LONGE aliter res sese habet, vbi ipsa iam poena reo est decernendo atque iure romano aequa ex patro seuere est vetitum, rationem habere in puniendo criminis, quod reum perpetrasse haud sit probatum; sed saltem verisimile. Quum inter Romanorum imperatores ille, cuius mansuetudinem nulla vngquam delebit obliuio, VLPIVS videlicet TRAIANVS primus, quantum scimus, fuerit, qui hac de re quidquam caueret: memorata profectio sunt digna, quae eius de constitutione profert VLPIANVS.

Quum

u) art. LXIX.

x) vtr. XXVII.

y) in den Erzähllungen von besonderen Rechtsfaellen tom. III. p. 596.

Quum scribit 2): sed nec de suspicionibus debere aliquem damnari, D. Traianus Affiduo Seuero rescriptit; satius enim esse, impunitum relinqui facinus nocentis; quam innocentem damnare. Iam non inquiram, quis *Affidius* ille Seuerus fuerit, ad quem rescriptum hoc datum sit; sed animaduerto solum, ANTONIVM AVGVSTINV M a) eius mentionem facere. Sine dubio praefess; seu proconsul fuit; nihil tamen certi de eo affirmare possumus, quum quidem Statilius Seuerus, cuius actas in eadem incidunt tempora b), minime vero ille Seuerus amplius in iure memoratur. Ipse VLPIANVS testatur, rescriptum fuisse, quo haec caueret imperator; utram autem eius saltim argumentum tradatur ab iurisconsulto; an ipsa rescripti verba exhibeantur, certe definire haud possumus et saltem verisimile est, seruata solum esse ab VLPIANO ea verba, quae rationem huius rescripti continent; minime vero ea, quibus voluntate suam declarauit. Quum id, quod constituit TRAIANVS, haud ad certum delictorum; vel poenarum restringeret genus, merito concludimus, secundum mentem huius imperatoris sola ex suspicione nullam condemnationem locum habuisse. Perspexit quoque id CONST. HARMENOPVLVS c), quum legem hanc adlegat et intelligit quoque eam de poenis pecuniariis aequae aciis, quae reum iactura bonae famae adficerent; vel in relegatione consisterent; IUST. autem CLAPROTHIV M d) ex eadem lege argumentatum esse, quod ex suspicione sola leuiores decerni possent poenae, cum IO. CHRIST. QVISTORPIO e) statuere haud possumus. Quae de poenis delictorum generatim fanxerat TRAIANVS, de grauioribus repetuit CONSTANTINVS, in rescripto ad Catullum, qui proconsulis quidem Africæ dignitate esset ornatus, quemadmodum in codice Iustiniane traditur; nondum tamen ad illam esset adiectus, quum rescriptum hoc acciperet; sed *confularis* porius BYZACENAE fuisse, obseruante IAC. GOTHOFREDO f). Plura huius fragmenta in codice Theodosiano g) reperiuntur; in primis autem sequens hoc

D. 2.

loco

z) L. 5. D. de poenis.

a) de nom. propriis τε πανδευτερεύοντες Florenini. cap. 7. tom. I.

b) L. 24. D. de testamento militis.

c) libr. 1. promuar. tit. IV. §. 26.

d) in der Einleitung in saemliche summarische proesse, et quidem dem peinlichen proesse, p. 43.

e) in den Grundsätzen des deutschen

peinlichen Proesse sec. X. §. 711. note ad p. 1332.

f) not. ad L. I. C. depoenis, tom. III.

cod. Theod. p. 316. ed. RITTERI.

g) videlicet L. I. de poenis; L. 2. de appellat, ac L. I. quorum appellat. non recipitur.



loco memorandum est h): qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem, in quempiam promat sententiam, quam in adulterii; vel homicidii; vel maleficii crimen aut sua confessione; aut certe omnium qui tormentis; vel interrogationibus fuerint dediti, in onum conspirantem concordantemque rei finem coniunctus sit: et sic in obiecto flagitio deprehensus, ut vix iam ipse ea, quae commiserit negare sufficiat. Requirit claris verbis alterutrum, videlicet vel confessionem; vel coniunctionem quumque per id simul excludit verisimilitudinem, TRIBONIANVS eamdem huius legis particularum suum in codicem transferendam curauit i). Tandem eamdem rem haud obscure confirmans GRATIANVS, VALENTINIANVS ac THEODOSIVS k) ubi accusatoribus eam saltem rem deferre promittunt; quae munita sit idoneis testibus; vel instructa apertissimis documentis vel indiciis ad probationem indubitatis et luce clarioribus.

### §. XIII.

Hoc quum placaret Romanis; neque aliter sentirent veteres Germani; sed idem potius praeciperent, in loco capitularium l) supra recitato atque in iis bis m) repetito, haud mirum est, quid sit, quod idem inculcarent iudicibus, qui in legibus criminalibus ferendis occupati essent seculo decimo sexto. SCHWARZENBERGIVS primus fuit, qui in ordinationibus suis, nimurum BAMBERGENSI ac BRANDENBURGICA, haec praeciperet n): Item es ist auch ze mercken das neymandt auf eincherley antzeigung, argwahn, warzeichen, oder Verdacht endlich zu peinlicher straff sol verurteilt werden, sunder allein mog man peinlich darauf fragen, so die anzeigung als hernach funden wuerdet, gnugsam ist, wann sol yemand entlich

28

b) L. t. Cod. Theod. de poenis.

i) L. 16. C. de poenis. Loco: *conspiram*  
ram concordantemque legitur in  
IVSTINIANEO codice: *conspirante*  
concordantemque; lectio tamen codicis  
Theodosiani praeferenda mihi vi-  
detur. Tuetur illam Herbipolita-  
num aeque ac Gothanum manu-  
scriptum, obseruante RITTE-  
RO ad L. t. Cod. Theod. de poenis;  
neque mihi placent emendationes  
GOTHOFREDI ac SICHARDI,  
quorum alter *conspiranum* concor-

dantemque; alter autem *conspirantis*  
concordantisque substituit.

k) L. 25. C. de probat. Solam veri-  
similitudinem sub indiciis indubita-  
tis haud intelligi, contra LEYSE-  
RVM spec. CCCLVII. med. 6. mon-  
stravit DAV. GEORG. STRUBEN,  
in den rechtlichen Bedenken, tom. II.  
consil. CXXXIX, p. 529.

l) libr. IV. capit. cap. 308.

m) libr. VI. cap. 398. et libr. VII.  
cap. 170.

n) art. XXXIX.

zu peinlicher straf verurteilt werden, das muß aus eigen bekennen oder beweisung, wie an andern enden diefer ordnung clerlich funden würdet, gescheen vnd mit auf vermutung oder antzeigung. Ad verbum descriptus est hic articulus in CAROLINA constitutione o) quumque poena, quam legislator ob suspicionem solam decernere vetat, generatim designat nomine der peinlichen strafe, nullo modo statuere possumus, legem hanc solum intelligendam esse de poena capitali; sed merito omnem poenam, quae non est ciuilis, sub illa intelligo ideoque latius adhuc progrederi; quam fecit IO. SAM. FRID. BOEHMERS p). Si quoque CHRIST. FRID. GEORG. MEISTERI q) coniectura de origine vocabuli *peinlich* ita est comparata, vt omnem similitudinem veri consequi videatur; neque negandum, secundum eam poenas capitales; vel corporales saltem comprehendi potuisse sub hoc nomine; multo tamen latiorem illud sustinuit notionem, ex quo tempore receptum est ius Romanum, ac maiores nostri ex illo didicerunt, quid sit poena capitalis; seu criminalis. Quum ab eo abhinc tempore *peinlich* idem esset ac criminalis atque ciuali opponeretur hoecque nomine distingueretur in veteri illo iure, quod dicitur *der Richtsteig, die burgerlichen, peinlichen, vnd vermengeden Klagen r)*; neque minus in ordinatione camerali quaevis caussae criminales scriberentur in censum der *peinlichen Sachen s)*: ipsa lex nostra, licet illa haud solum delicta tangerer capitalia; vel maiora, vocatur *die peinliche Gerichtsordnung*. In praefatione, ei praemissa, omnes caussae criminales *peinliche Sachen* vocantur, quumque in aliis locis omne id, quod non est ciuale, vocatur *peinlich t)*, haud me falli puto, si quoque articulum hunc de quauis poena in processu criminali decernenda, interpretor, quamvis Ave. LEYSERO u) libens largiar, nonnumquam vsu fori strictiorem notionem hoc vocabulum sustinere. Quod hoc loco imperator tradidit, aliis non minus declarat. Primum inter eas sequentia verba referimus x): Item so eyn missetat zum wenigsten mit zweeyen oder dreyen glaubhaftigen guten Zeugen, die von eynem waren wissen Jagen, bewiesen wird, darauf soll nach gefaßt der verhandlung mit peinlichen rechten vohnfarn vnd

o) art. xxii.

p) meditat. in constit. crim. Carolinam,  
art. XXII. §. VI.q) in der vollstaendigen Einleitung zur  
peinlichen Rechtsgelehrsamkeit Sec. II.  
§. II. p. 27.r) *Richtsteig Landrecht, libr. I. cap. V.*

s) libr. II. tit. XXVIII. §. 5.

t) art. XII. et passim.

u) spec. DCXLVIII. med. 3.

v) art. LXVII.



*vnd geurtheylt werden.* Si consideramus totam orationis structuram, qua haec proponit imperator ac perpendimus, cum paullo ante<sup>y)</sup> regulam tradidisse, quod accusator ad probationem delicti admittendus, si cruciatibus corporis reus haud cogi possit ad confitendum; prius tamen illum condemnationem eius haud concedere velle; quam si crimen tribus; vel duobus testibus, qui testantur de veritate, sit probatum: clare profectio ac evidenter docet, verisimilitudinem haud sufficere; idem vero argumentatur ex illo loco, ad quem interpres plerumque prouocare solent z): *Item so der beklagt, nach genugfamer beweisung noch mit bekennen wolt, soll im angezeigt werden, daß er der missthat batiesen sey, ob man dadurch sein bekanntniß destier er auch erlanger konnt, aber demnach darüber nochmals mit bekennen wolt, so soll er nichts desferniger der beweisen missthat nach on eylich peinlich frage verurtheylt werden.* Condemnationem quidem rei iubet legislator, licet reus crimen inficietur; verum tamen illam, ybi hoc contingit, aliter haud imperat; quam si rite probatum sit eius maleficium, et per id simul significat, verisimilitudinem haud sufficere.

#### §. XIV.

Ex his quum merito colligimus, nunquam poenam obtinere posse solam ob suspicionem idque eo maiori iure adfirmamus, propterea quod ea delictum supponat; sola autem suspicio non sit delictum et quaevis verisimilitudo, si quoque summa sit, a vero possit esse aliena: haud distinguo, vtrum atrox sit delictum, quod reo imputatur; an potius leue: neque interesse statuo, vtrum poena sit corporalis; an non capitalis ideoque a multis iurisconsultis discedo, qui mox hanc; mox illam poenam admittant, si solum sit verisimile, reum delictum, quod ei imputatur, commisisse. Quum primam in classem eas scribimus, qui conjecturas in crimibus tam leuibus; quam atrocibus ad condemnandum sufficere arbitrantur ideoque vsque eo progredi videntur, vt hominem capite quoque plebendum censeant solam ob suspicionem: plures quidem jurisperitos, qui in eam classem referendi sunt, nominare haud possumus; locum tamen inter illos obtinet AVGVSTIN. LEYSERVVS a), qui singularem hanc opinionem amplecti haud dubitaret. Plures fautores illa, quantum scio, haud inueniunt arque argumenta, quibus eamdem corroborare studeret, satis eleganter

ac

y) art. LXII.

z) art. LXIX.

a) Spec. CCLVII. med. 6.

ac scire diluere studuit DAVID. GEORG. STRYBEN b). Quum ob ea, quae exposui, illius castra nullo modo sequi possum: haud suffragor quoque iis, qui ob suspicionem vel minimum poenam corporalem; vel libertati aut famae noxiare grauiorem, decernendam putant ac secundam classem conflitunt. Licet inter eos iurisconsultos reperiamus magni nominis, TOB. videlicet IAC. REINHARDVM c), IVST. CLAPROTHIVM d), IO. CHRIST. QUILSTORPIV M e) atque alios et si quoque ex his iterum alter latius progressus est; in eo tamen consipire illos videamus, quod vnam vel alteram poenarum, a me memoratarum obtinere existimat, si solum sit verisimile, delictum esse perpetratum: iam IO. SAM. FRID. BOEHMERVS f) copiose monstrauit, sententiam illorum haud amplectendam esse et cum illo quoque facit CHRIST. FRID. GEORG. MEISTERVS g). Existimant quidem duo hi meritissimi iurisconsulti, tuto iudicem, si saltim adsit verisimilitudo criminis, poenam decernere posse, quae *insigne grauamen haud conciliat* et hac in re sequuntur BENEDICTVM CARPOZIVM h) cum omnibus iuris doctoribus, qui eius dicta oracula esse credunt, quae instinctu diuino adflatuque funduntur. Constituunt hoc nomine tertiam classem eorum, quorum castra haud sequor; iure tamen me ab illa deflectere puto, vbi de puniendo reo est sermo, cuius delictum nullo modo est probatum; sed tantum verisimile. Leges non; nisi eum, qui vel delictum est confessus; vel de eo est conuictus, punire volunt et, si quoque salus reipublicae suadere videatur, ut criminis suspectus poena quadam extraordinaria potius coerceatur; quam ad purgandum se admittatur, non illa opus est; sed aliam princeps ingredi potest viam, quae securam reddere potest rem publicam; neque reus de iniuria ipsi illa queri deber.

## §. XV.

Etsi omnia hac sponte sua fluant ex legibus, a me expositis: nemo tamen i) arbitrari debet, me per id iudici facultatem denegare, sententiam ferendi, qua reo quidem criminis solum suspecto sententia decernitur; simul tamen ab illa absoluatur, si suspicionem remoueat iureirando,

quod

- b) in den *rechlichen Bedenken*, tom. f) med. in *conf. criminal. Carolin. art.*  
II. confil. CXXXIX. p. 529. xxii. §. 6.
- c) de eo quod iustum est circa reum ex g) in den *rechlichen Erkenntnissen und  
praeiusti. conuincendum; vel condem- Gutachten*, tom. I. dec. XVI. p.  
nand. Francof. CXXCXXXII. 53. sqq.
- d) loc. memorat. b) part. II. quaeft. CXVI. num. 51. sqq.
- e) loc. laudat.



quod vocatur, purgatorio, quoniam modo memoratam poenam prius  
haud exspectare debet; quam si iusurandum haud praefat, et hoc si con-  
tingit, pro eo est reputandus, qui delictum est confessus. Similiteratione 2)  
principi sine dubio ius competit, hominem, qui quidem haud conuictus  
est de crimine; neque illud confitetur; sed eius solum est suspectus, a con-  
sortio ciuium excludendi; vel, vt eosdem a parte hac securos reddat, in  
carcerem coniiciendi. Neque id ei omni tempore denego, licet cruciatus  
corporis sit perpessus, quemadmodum peritissimi iurisprudentes docuerunt,  
propterea quod nec tironi est ignotum, haud semper carcerem ad vindic-  
tam tendere; sed quoque solum ad securitatem; neque omne exilium poe-  
nam constituit i). Quumque tandem 3) veritas moralis non minus in  
gradu quodam probabilitatis consistit atque ex arbitrio principis depen-  
det, cuinam eius gradui vires veritatis; siue probationis tribuere velit, sine  
dubio legislator substituere potest in locum tormentorum poenam extraor-  
dinariam. Factum esse id comperimus omnibus illis in prouinciis, in qui-  
bus inhumanum visum est principibus, cruciatiibus quemdam subiicere, vt  
cogatur veritatem dicere, et confessionem illis extortam habere pro legitima  
h); neque vero tunc deserit iudex praecepta supra tradita, si tali reo  
poenam decernit, et si secundum ius commune delictum, ob quod punitur,  
non dum plene sit probatum; sed solum verisimile, illum maleficio hoc  
se contaminasse, propterea quod indicia, ob quae legislator puniendum  
conset reum, non solum procreant suspicionem; sed ipsam eius consti-  
tuunt probationem,

2) LEYSER spec. DCLLI. med. IO. k) recensentur eiusmodi leges a IVL:  
sqq. et DAN. GEORG. STRV in FR. MALBLANC in der Geschichte  
den rechtl. Bedenken, tom. I. cons. der peinl. Gerichtsordn. Kaiser Carls  
GXXII. pag. 466. V. cap. 9. p. 242.

PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

CANDIDATO

S. D. P.

P R A E S E S.

BENE recordor multae ac iucundae consuetudinis, qua  
cum venerando tuo patre innatus sum, quem hac in  
academia sanctioribus aequo ac iis litteris operam daret,  
quas humanitas ab aliis distinguit hisque nos ambo in primis ob-  
lectaremur in societate latina. Neque minus in memoriam  
reuoco tempus, quo ante triginta annos in itinere litterario  
Francofurtum veni et mihi ibi copia data est, ami-  
cum hunc integerimum salutandi viuentique et ex animo  
laetor, rara illum frui parentum felicitate, quae multis eo-  
rum haud contingit, licet operae et sumui non pepercerint  
in formandis educandis liberis suis. Singulare profecto  
dei est beneficium, quod mercedem iam percipiat maximaie  
illius curae, qua pro TVA salute vigilauit nilque praetermis-  
fit, quod faceret ad TE instituendum liberalique doctrina po-  
liendum; ego vero iure mihi gratulor, quod, quem ordo  
iurisconsultorum craftino die dignitatem doctoris tibi confe-  
ret, me voluntatis suae interpretem esse voluerit, qui spe-  
ctor extiti laudabilis TVAE industriae ac cupiditatis in iure  
proficiendi, et testis progressionum egregiarum, quas fe-  
cisti et iam satis abunde publice probasti. Nullum profecto  
ciuis

E



ciuis probi ac diligentis per tempus, quod nostro in  
musarum domicilio consumisti, in TE desiderari passus es;  
sed potius omnibus, quos adiisti, doctribus singulari TVA  
follertia aequa ac morum elegantia TE commendasti; neque in  
eo adquieisti, quod haurires omnes illas disciplinas,  
quae futuro iurisconsulto vel scitu sunt necessariae; vel ei  
sunt ornamento eumque in finem recitationes, quibus illae  
traderentur, sine vila intermissione frequentares; sed virium  
quoque iis in certaminibus faceres periculum, quibus selecti  
etiora ingenia arte disputandi meis sub auspiciis se ex  
ercent quaeue tanto maiorem merentur attentionem, quo  
maior est numerus virorum natalium splendore; vel meri  
torum in rem publicam magnitudine conspicuorum, qui ex il  
lis iamiam in publicum prodierunt. Elegans profecto est  
argumentum disputandi, quod ex iure sumisti criminali ac  
digne es persequutus mihiique honori duco, quod comitari  
mihi TE liceat in conflictum litterarum sollemnem, qui TIBI  
viam parabit ad consequendos illos honores, quos iure expre  
stare potes; deus vero TE saluum ac incolumem ad patrios  
lares reducat: omnia, quae in commodum patriae suscep  
turus es, fauste, feliciter atque fortunata euenire iubeat  
atque in TE carissimo, two patri multa aliquando senectutis  
praebeat obiectamenta. Ienae, d. xxvii. Sept. anno post  
reparatam salutem ccccclxxxv.

AMI-



AMICISSIMO SVO  
SCHERBIO  
S. D.  
E. G. SCHMIDIVS  
IVRIVM DOCTOR.  
OPPONENS

Quanta cum laetitia serenus iste dies mihi effulgeat, quo **TIBI** eximiae diligenciae praemia, summi nimurum in iure honores, conferuntur, idque hisce litteris **TIBI** testificer ipse perspicias. In **TE** eum semper deprehendi, quem amicitia et doctrina praestantissimum adhuc nuncupare possum. Quodsi ad amicorum vota, que salutem **IVRAM** spectant, aliquid addere licet, me in eo sane primum eximes. In via, qua luc usque incessisti, in posterum quoque uberrimos collige virtutis arque doctrinac fructus. Cuncta **TIBI** semper fausta prospereque cueniant. Et si dicam, quid amplius, viue ut ames, prout a me amaberis. Dabam Ienae d. **XXVII.** Sept. **clo 10 cclxxxv.**

MONSIEVR,

J'embrasse avec bien de la joie l'occasion de vous faire voir les véritables sentiments de mon cœur. C'est pour cette raison que je ne saurois me dispenser de vous féliciter de la gloire que vous allez acquérir, en publiant une dissertation, qui mérite un applaudissement général, et de vous remercier en même tems, de ce que vous avez daigné me choisir pour un de vos Oppofans; j'y trouverai un avantage particulier, dont je serai redouble à vos lumières. N'allez pas prendre ceci pour une flatterie, mais soyés bien persuadé que ce que je vous dis là, sur la solennité de ce jour, est très- sincère et part du cœur. Enfin je vous prie de me conserver VOTRE amitié et de croire que je suis et serai toujours avec beaucoup d'estime et un attachement sincère

MONSIEVR,

VOTRE TRES HUMBLE ET TRES OBEIS-  
SANT SERVITEVR,  
**I. G. C. C A R L**  
AVOCAT DE LA COVR DE SAXE WEIMAR  
ET EISENAC.  
OPPOSANT.

PRAE-

à Iena  
ce **XXVII.** Septembre  
1785.



PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
HVIUS  
DISSERTATIONIS AVCTORI  
AMICO SVO AESTVMATISSIMO  
IOANNI IVSTO SCHERBIO  
S. D. P.  
GEORGIVS LVDOVICVS SCHILLER. I. C.  
MOENO - FRANCOFVRTANVS. OPPONENS.

**A**micitia tua, vir doctissime, qua me non in patria solum, sed etiam  
hac in illustri musarum sede per duos fere annos, maxime vero hodie haud de-  
dignatus es, mihi semper fuit iucundissima. In certamen eruditum a te amice  
vocatus facere non possum, quin suauem in me pectoris sensum haec ipsa re ex-  
citatum, verbis declarerem, tibi que, qui mihi ab incunabulis in animo haesisti,  
adhaeres et semper haerabis, amorem erga te gratulatione, qua es dignus, pau-  
cis ostendam. Valde laetor, me nunc quoque occasionem iamdudum exoptatam  
habere, tuam exquisitissimam eruditionem proprius noscendi, de qua publica iam  
specimina dedisti, ex quibus solida tua iuris cognitio, tuumque acutissimum  
ingenium ac indefessum studium sat superque eluxerunt. Ita es, ut Academiae,  
quae heic floret, valedicas, eas, quas tibi studio, labore, vigilisque  
comparasti, scientias, cum cibibus urbis patriae communicaturus. Quanvis vero  
institutum hocce sit optimum atque laudatu dignissimum, ipse tam tuus abitus  
mihi affere dolorem, quando perpendo, quantos ea, quae tecum mihi fuit  
consecutudo, fructus mihi attulerit. Recreat autem et reficit me huius diei So-  
lemnitas, qua summa in iure dignitas tibi, DOCTORANTE PRAENOBILISSI-  
ME, tanquam laborum corona confertur. Quanto gaudio tui Parentes optimi  
et Amici perfundentur, si te in omnibus Iurisprudentiae partibus versatissimum  
domum reversum videbunt! Gratulor ergo tibi de isto honore, mox obtineo.  
Supremum, quod omnes venerantur nomen, ardentissime precor, ut te semper  
fotipitem et incolumen seruet. Seruet te Parentibus tuis honoratissimis, Pa-  
triaeque et Amicis, totique Reipublicae litterariae saluum quam diuissime pra-  
eflet. Nihil denique magis in votis habeo, quam ut me amare pergas amicissi-  
que istam, quae inter nos iam ab ineunte aetate floruit, usque ad ultimum vi-  
tae halitum, conferendre velis. Vale et vale feliciter. Scribebam lenae, d.  
XXVII. Septembr. cijo cclxxxv.

57  
p. 14  
11. XII. 29  
28. V.

VD18.

ULB Halle  
004 582 101

3



f


5b.





B.I.G.

Farbkarte #13  
Inches  
Centimetres



TATIO IN AVGURALIS

DE

MILITVDINE  
RIMINIS

1785, 2

8  
//

QVAM

EMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
MO DVCE AC DOMINO  
OMINO

O AVGVSTO

LIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE  
AE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

ST. IVRISCONSULTORVM ORDINIS

R A E S I D E

RIDERICO WALCHIO

VICIS VINARIENSIS ATQUE ISENACENSIS CONSILIA-  
ER. DVCIS GOTHANI ATQUE ALTENBURG. CONSI-  
PROF. PUBLICO ORD. CVRIAEC PROVINC. DVC.  
AC SCABINOR. COLLEGII ET IVRISCONS.  
ORDINIS SENIORE

DOCTORIS DIGNITATE

SEPT. ANN. CCLXXXV.

RVDITORVM DISQVISITIONI

S V B M I T T I T

V C T O R

VSTVS SCHERBIUS

NO - FRANCOFVRTENSIS.

E N A E  
IS STRAVSSIANIS.